

**3640** tabula marmorea. Tibure in templo S. Georgii SIED. et sic PLERIQVE; 'ad gradus altaris' addit SVAR., *nella predella dell' altar maggiore VVLPI (diss.)*. Nella chiesa di S. Agnelo, che fu già il tempio di [Albu]nea dea, in Castro Vetere [de hac regione urbis Tiburtinae dictum est ad n. 3585] LIG. 20, fortasse de nomine ecclesiae solum errans. — Tibure in pariete villae comitis Fedele MAR. Partem ex subterraneis aedium Boschi extractam Petrus del Re dono dedit Violae VIOL. Ea extat in aedibus Violae.

D | M  
AVRELIAE PRIMITIVAE CONIVGI KARIS  
SIMAE VIVOS FECIT ZOSIMIANVS AVG LIBERT  
NOMENCLATOR A CENSIBVS SIBI SVISQVE  
5 LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM  
H M | H N S

Descripsi id quod superest. Integram exhibent Sieder ms. f. 74' (independent Rambertus Pat. f. 139'; Apianus 188, 2; ex Apiano Smetius ed. 168, 21 indeque Grut. 599, 5); Alciatus Feae f. 63; Choler f. 97'; Lilius Helmst. f. 71'; Ligorius Taur. vol. 17 recte, diverse ib. vol. 20; cod. Ottob. 2970 f. 20; Marzi II p. 181 (inde Vulpi Lat. 10 p. 675), hi duo ex eodem fonte; Suaresius Vat. 9440 f. 208 litt. min.; Revillas sched. Berol.; Vulpi *dissertaz. accadem. di Cortona* 2 p. 188 (inde Mur. 889, 5), cui descripsit Lesleus mense Octobr. 1736; ab eodem Lesleo Lupi Vat. 9443 f. 32; Donati 309, 5 cui misit Olivieri; Marini ms. Vat. 9127 f. 256. Partem superstitem edidit St. Viola *giorn. arc.* 118 (1850) p. 283. Est huius corporis vol. VI, 8940 relata inter urbanas, non recte.

Inclinatis dedi partem nunc deperditam; eam exhibui ita ut Sieder Ligorius vol. 17 Revillas; adscripsi quae aliter exhibent Ottobonianus Marzi Vulpi (*diss.*) Lupi Donati Marinius. — 2 PRIMITIVE Vulpi Lup. — COIVGI Donat. — 2. 3 KRISIMAE Ottob. Marz. — 3 ZOSIMIANVS Lupi. — 4 NOMENCLATOR Ott. — AGENSIBVS (PRO ACENSIBVS) Lig. 20. — 4 fin. L addit Mar., < Revill. — 5 LIBERTABVSQ. Ottob. Donat.

**3641** cippus marmoreus litteris detritis. Tibure in S. Antonini pro ara ACCVRS., in S. Antonino OTT.; in S. Crucis SIRM. Sine loco inter Tiburtinas MARZI. — Denuo repertus a. 1837 prope viam dictam Acquaregna Anienem versus 750 passus circiter ab urbe et translatus in aedes publicas VIOLA, ibique adhuc extat.

D · M  
TI · CLAVDIO · AELIO  
urceus SABINIANO patera  
MEDICO AVG!!!  
5 PEDANIVS RVFVS  
AMICVS

Descripsit Mommsen, contuli ipse. Accursius ms. f. 7; cod. Ottobon. 2970 f. 19' (ex fonte simili Marzi II p. 179; ex Marzio Vulpi Lat. 10 p. 675); Sirmond ms. Paris. suppl. Lat. 1418, 137 (inde Grut. 1111, 5); St. Viola *decennio* p. 89.

4 fin. quid erasum sit, nescio; fortasse merum errorem correxit quadratarius.

**3642** fragmentum marmoreum rep. Tibure anno 1850 *entro un muro di costruzione di una vecchia casa nella strada detta maggiore*; Violae dono dedit Franciscus Fabri VIOLA.

. . . . .  
. . . . . AVG · L · HERMES  
. . . . . manCEPS ERARIAE MO  
NETAE FILIO · Q · VIX · ANN · XVIII  
ET FILIAE · Q · VIX · AN · IX · ET MATRI  
5 EORVM · Q · VIX · AN · XVI · MECVM BENE  
VIXIT · FECIT · IT · SIBI · ET · SVIS · LIBERTIS LIBERTA  
BVSQVE · POSTERISQVE · EORVM

St. Viola *giornale arc.* t. 119 (1850) p. 267; ab eodem Borghesi in epistula edita opp. 8 p. 231.

Exhibui ita ut edidit Viola; Borghesius (vel certe editio operum eius) v. 2 habet AERARIAE, ad v. 5 itemque ad v. 6 adscripsit 'sic'.

**3643** cippus marmoreus. Tibure in ecclesia S. Mariae Novae ANTIQ. et sic PLERIQVE usque ad NICODEMVVM (qui ait 'magno altari' ecclesiae illius 'suppositum' esse). Tibure in via maiore MANCINI. Locum ubi extet accuratius non indicat MARZI, verum addit (ed. I) repertam esse prope ecclesiam S. Leonardi. — Romae in hortis Iustinianis PTOL. MONTF. SEG. ZOEG. MAR. Nunc in museo Vaticano (*Galleria lapidaria* intransibus a dextra). — Mutinae COD. AMBROSIANVS et MARVLVS, cf. Corp. vol. XI, 123\*d.

*in latere intuenti sinistro:*

CVRANTIBVS  
M · HELVIO · EXSPECTATO · ET sic  
C · ALLIANO · TIBVRTINO

Q · HORTENSIO  
Q · P · COL

F A V S T I N O  
ADVOCATO · FIS  
5 CI · PRAEF · FABR  
PATRONO · MVNICIPI  
COLLEGIVM · FABRVV  
TIBVRTIVM · O B  
MERITA

10 L · D · S · C ·

*in latere dextro:*

CVRANTIBVS  
C · ALLIANO · TIBVRTINO · ET  
M · HELVIO EXPECTATO sic  
DEDICATA

III · ID · MAI · MAXIMO · ET · ORFITO · COS <sup>13 Mai.</sup> 172

Descripsit Henzen, contuli ipse. Exhibent Antiquus n. 12 (Hamilt. f. 63, Red. f. 126'; inde pendent etiam cod. Ambros. C 61 inf. f. 83' et Marulus n. 44)), solas inscriptiones frontis et lateris sinistri; Sieder ms. f. 73 (inde vel ex eodem fonte pendet ut videtur codex Neap. XIV D 8 f. 6', praeterea Rambertus Pat. f. 139; Alciatus Feae f. 62; Apianus 186, 1—3); Brunelleschi f. 72; Accursius f. 4; Mancini apud Metellum f. 345 et apud Pighium f. 3 (ubi ipse Pighius inscriptiones laterum adiecit) inscriptionem frontis et ab hac separatam, apud Metellum f. 345' et apud Pighium f. 2, inscriptionem lateris sinistri (ex Mancinianis pendent Manutius Vat. 5237 f. 424'. 422' et Ligorius Neap. lib. 35 p. 186); Morillon Amst. f. 28 similiterque Smetius ms. Neap. p. 149, ed. 78, 5, ubi dicit accepisse se ab aliis, pro duabus inscriptionibus laterum unam ex illis conflata (ex Smetio ms. videtur habuisse Panvinius, qui edidit fast. ad a. 925, solam inscriptionem frontis Romae p. 481, partem tantum huius ibid. p. 609; ex Smetio ed. et ex Apiano Grut. 449, 5, in cuius ed. 2 refertur ad v. 10 varia lectio a Gudino enotata non ex lapide ut dicitur, sed ex Ligorio vol. 17; ex Grut. Orelli 3252); Waelschappel f. 112. 121; Ligorius Taur. vol. 17 et 20 f. 22 inscriptionem frontis, vol. 20 f. 14 et hanc et lateris dextri; codex Ottob. 2970 f. 20 inscriptionem frontis, f. 22' lateris dextri; Nicodemus p. 86 (lib. 4 c. 3) et Marzi I p. 55, II p. 240, uterque solam inscriptionem frontis; Ptolemaeus sched. 1, 11; Hispanus aliquis apud Montfauconium cod. Paris. 1293 f. 152; Seguer Paris. f. 87, hi quoque solam frontis inscriptionem; Zoega ms. p. 303; Marini ms. Vat. 9421 f. 154, idem emendavit ad Gruterum suum nunc Vaticanum.

V. 2 videtur postea additus esse.